Feria Secunda. Lectio Prima.
Tractatus beati Augustini episcopi de psalmo centesimo uicesimo nono.

Ad te dñe cũ tribularer clamaui. & exaudisti me. Unde illũ exaudiuit? Ut iã constitueret eum ad gradũ ascendendi. Et quia iam ascensurus est. exauditus quid orat? Dñe libera animã meã a labiis iniquis. & a lingua subdola. Que est lingua subdola? Habens imaginẽ consulendi. & perniciẽ nocendi.

R. Ecce nunc tempus acceptabile. Secunda.

Ipsi sunt qui dicunt. Et tu hoc facturus es quod nemo fecit. & tu solus es xp̄ianus? Et si ostenderit alios facere. & legerit euangeliũ ubi precepit [illegible] fieri. & legerit actus apostolorũ. illi quid dicunt in lingua subdola & labiis iniquis? Non poteris forte implere. multũ ẽ quod aggrederis. R. Paradysi.

Alii prohibendo deterrent. Tertia.
Alii laudando plus premunt. Quia enim talis uita est que iam occupauerit mundũ. tanta auctoritas xp̄i est. ut reprehendere iã xp̄m nec paganus audeat. Legit ille qui reprehendi non potest. quia dixit. Uade uende omnia que habes. & da pauperibus. & sequere me. Xp̄o contradici non potest. reprehendi xp̄s non potest. R. Emendemus. Ad Ben.

A. Uenite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. euouae

Conuerte nos d̄s Collecta. salutaris noster. & ut nobis ieiuniũ quadragesimale proficiat. mentes nr̄as celestibus instrue disciplinis. P.

A. Quod uni ex minimis meis Ad Magn. fecistis michi fecistis dicit dominus. Coll. euouae

Absolue qs dñe nr̄orũ uincula peccatorũ. & quicquid pro eis meremur

mur propitiatus auerte. P. dñm.

Feria Tertia. Lectio Prima.

Xp̄o contradici non potest. reprehendi xp̄s non potest. Conuertit se subdola lingua ad laudem prohibentẽ. Si laudas. hortare. Quare laudando premis? Melius uituperares. quã dolose laudares. Quid enĩ diceres uituperando? Absit. Ista uita est. mala uita ista est.

Sed quia R. In omnibus. Secunda.
nosti cũ hec dixeris premi te posse auctoritate euangelica. conuertis te ad aliud suadendi genus. ut laudando me falso a uera laude prohibeas. immo laudando xp̄m a xp̄o prohibeas dicens. Quid est hoc? Ecce illi fecerunt. forte tu non poteris. Incipis ascendere. cadis.

Monere uidet. R. In ieiunio. Tertia.
serpens est. Dolosa lingua est. uenenum habet. Roga contra illã si uis ascendere. & dic d̄o tuo. Dñe libera animã meã a labiis iniquis. & a lingua subdola. Et dicit tibi d̄ns tuus. Quid dabitur tibi aut quid apponetur tibi ad linguã dolosam? id est quod habeas aduersus linguã dolosã. R. Abscondite. Ad B.

A. Scriptum est enim quia domus mea domus orationis est cunctis gentibus uos autem fecistis illam speluncam latronum et erat cotidie docens in templo.

Respice dñe familiã tuã. Colla. & presta ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat. que se carnis maceratione castigat. P. Ad M.

A. Domus mea domus orationis uocabitur

Collecta.

Ascendant ad te dñe preces nr̄e. & ab eccl̄a tua cunctã repelle nequitiã

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 62v – Breviarium monasticum (https://fragmentarium.ms/view/page/F-vd6n/3039/34197)